

ORATIO THEOLOGICA

De

RESTITUTI-

ONE HOMINIS:

*Quam,*

Deo Duce & Auspice,

*In Regiâ Academiâ GUSTA-  
VLANâ, qua Dorpati Livonorum  
est ad Embeccam, ipso die Viridiu*

*Anno 1642. publicè & memori-  
ter in Auditorio Magno  
enarrabat*

CHRISTOPHORUS KÜNIUS,

*Magist. Rigâ. Livonus.*

DORPATI, Typis Acad.

Anno M, DC. XLII.

21  
126?



Misericordia Dei est, à nobis hominibus injustis & inobedientibus, in  
justum & innocentem Filium, Deprecatorem & Propitiatorem nostrum,  
penam peccatorum nostrorum transferri: sicut inquit Propheta Esai. c.  
53. Posuit in eo Dominus omnium nostrorum peccata.

Ut digni deleveris, aliena peccata, qui non habuit propria, semper  
qui Christiani dici & esse volumus, pie meditabimur.

Est Pietate, Doctrinâ & Humanitate Ornatissimus Dn. CHRJ.  
STOPHORVS KËNIVS, Rigensis, Livonus, qui doctè ac metho-  
dicè à se conscripâ Oratione, hodie horâ 12. meridianâ, publicè in Au-  
ditorio Magna pro concione idem nobis eloquitur.

S. Reg. Maj. Regnorumq; Sveciæ & Gothiæ Senatorè ac Archista-  
bulatorem, Perillustrem & Generosissimû Heroa & Dominum, DN. BE-  
NEDICTVM OCHSENSTIERNA, L. Baronem in S.  
Fehyholm & Suderboo / Dominum in Aappien &c. per Livoniam  
& Ingriam Generalem Governatorem, Dominum nostrum Gratiostissi-  
mum, humiliter;

Magnificum Dn. Rectorum; Illustres & Generosos L. Dn. Ba-  
rones: Admodum Rev. Nobiliss. Consuleiss. Experientiss. & Clariss.  
Dn. Patres Academiae, Collegas nostros unicè colendos, officiosè:

Nobilitate Generis, Doctrinâ & Humanitate Ornatiss. Dn. Stu-  
diosos, amicè invitatos ac rogatos volumus, ut dicto tempore adesse haud  
gravenur. Adiacent Filium Dei, Dominum & Salvatorem nostrû Jesum  
Christum, sensisse totâ iram aeterni Patris sui, & eam in ipsum effusâ, Rom.  
5. Sensus Filius Dei, se factum sub Legè, ut nos, qui sub Legè eramus,  
redimeret. Gal. 4. Sensus se factum esse maledictum, ut nos redime-  
ret à maledictio Legû, & nos per ipsû benediceremur, Gen. 22. Sensus mor-  
tis aculeum, ut nobis immortalitatem restitueret, Ose 13. Sensus infernum,  
ut nos heredes caelestis regni efficeret, 1. Cor. 15. P. P. Dorpati, ipso die  
Viridum, Anno 1642.

V. I. G. humiliter,

V. M. L. R. & C. officiosè,

V. F. & H. amicè colens,

LAURENTIUS LUDENIUS, Holsat. PH. & J. U. D. Poë.  
Cor. Professor Juris, Oratorix & Poësoep.



## ORATIO THEOLOGICA, DE RESTITVTIONE HO- MINIS.



Trocissimum peccatum est, &  
malum verè perniciosum, A. I. Tempus  
visitationis agnoscere nolle.

Etenim primus mundus, cum admo-  
nitiones, ab ipso Deo per Noachum pro-  
positas, nihili faceret; sed peccatum pec-  
catis cumularer, diluvio tandem periit, Gen. 7.

Sodoma & Gomorrhâ, cum Lothi adhortationes  
sperneret, flâmâ de caelis sparsâ tota eversa est, Gen.  
19, 24.

Hierosolyma, quæ aliàs urbs exultans, Es. 22.  
2. locus ubi Deus residet, Ezech. 23, 22. Civitas San-  
cta, Matth. 4, 5. Civitas Dei in montibus fundata, Ps.  
46. 6. in quâ gloriosa dicta sunt, Ps. 83. 2. quam Deus  
elegit, 3. Reg. 11, 13. ut inibi habitaret in perpetuum,  
1. Paral. 6, 2. ut ibi esset ignis & caminus ejus, Es.  
31, 9. hæc ò Hierosolyma, cum serijs Prophetarum,  
Apostolorum, imò & ipsius Salvatoris Domini nostri  
Jesu Christi admonitionibus locum haud relinque-  
ret, & à peccatis non abstineret, solo est æquata.

Hoc est quod os veritatis, imò ipsa veritas, Chri-  
stus Jesus, Joh. 14, 6. vaticinatus est, quandò Hiero-  
soly-

A 3 soly-

Proposita  
Exordij

Ratio (4)

(5)

(6)

Ratio rash-  
onæ.

folymis appropinquans & plorans vaticinatus est: si cognovisses & tu, & quidem hâc die tuâ, quæ ad pacem tibi. Nunc autem absconditum est ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te, & coangustabunt te undique, & ad terram prosternent te, & filios tuos, qui in te sunt, & ne lapidem relinquent in te, eò quod non cognoveris tempus visitationis tuæ, Luc. 18, 41.

*Transitio.*

Nec est, ut quisquam vestrum in admirationem rapiatur, sic Oratioris meæ vela quod pandere incipiam.

*Narratio-  
nis initium*

Recordor namq; quod Deus ille ter Opt: Max; sexto creationis die hominem è corpore & animâ rationali constantem, libero arbitrio præditum, omni virtute decorum, bonis omnibus ornatum, ad sui ipsius imaginem formârit & creârit. Gen. 1, 27.

*Medimus.*

Recordor autem, quod homo seductus astu Diaboli, Gen. 3, 4. & Adam persuasione Evæ v. 4. uxoris suæ de costâ edificatæ, Gen. 2, 22. de arbore vitæ fructu comederit, Gen. 3, 6.

*Consequens.*

Hinc ingemisco, quoties cogito, quod Adam per lapsum, se & totam posteritatem suam in miseriarum calamitatumq; voraginem & barathrum præcipitavit; & quod amissa est conformitas intellectus cum Dei Sapientiâ: conformitas voluntatis cum Dei iustitiâ: conformitas appetitus cum Dei castitate & immutabilitate: conformitas totius hominis cum Dei impassibilitate & immortalitate; nec non conformitas quoad externum dominium cum Dei potestate.

(b)

Ah! omnis homo cum Davide jam cogitur fateri: In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis conceptus me mater mea, Ps. 51, 6.

Ah!

Ah! cum D. Apostolo omnis eloquitur: Per unum hominem peccatum in mundum introiit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, Rom. 5, 12.

Et nos, proh! quotidie actualia peccata committimus: & cadit iustus de die sepius. Prov. 24, 16.

Hinc in quas non pœnas incidunt peccatores? Ah! inquit Dominus Deus noster Deut. 28, 15. Quod si audire nolueris vocem Domini Dei tui, maledictus eris in civitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ.

Ne verò in ullâ calamitate desperemus; sed ut in tempore gratiosæ visitationis nostræ poenitentiam agamus;

Hoc tempore, & quidem ipsa Die Viridium, de Reformatione hominis, breviter dicam.

Quod dum facio, à vobis, A. I. submisit contendo, ut per brevi temporis spacium benevolè adsitis.

*Dicens linguam tu dirige, Christe, benigne:*

*Starem Aduorum dirige, Christe, precor:*

Quo præmisso voto, A. I. dixerò; quod potuisset Deo ter Opt: Max: pro sua iustitiâ hominem peccatorem in æternum damnare.

Præceperat enim Deus Adamo, dicens: ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem Scientiæ boni & mali ne comedas: in quocumq; enim die comederis ex eo; morte morieris. Gen. 2, 16.

Et ut Job: 34, legitur: Nec hominem Deus condemnat frustra; quasi diceret, sine sufficienti & iustâ causâ.

Quippè, dicente Apostolo ad Rom: 6, 23. stipendium peccati mors.

Verum

Propost. 2.  
Solutio.

Verum uti Deus pro sua iustitia peccatum extreme odit; ita pro sua paterna misericordia, ipsum humanum genus a se conditum, ardentissime dilexit.

Ratio 1.

membr.

Ratio 2.

membr.

(a)

(b)

(c)

Propost. 3.  
Occupatio.

Ratio. (a)

(b)

Etenim non est Deus volens iniquitatem. Ps. 5, 5.  
Sed imprimis diligit homines, Deut. 33, 3.  
Nec vult mortem peccatoris, Ezech: 33, 11,  
Sed est miserator & misericors Dominus, qui miseretur sicut Pater filiorum, Ps. 102, 8 & 13.

Et non delectatur Dominus in perditionibus nostris. Sap. 1, 12.  
Sed erat sententia contra peccatorem lata gravior, quam ut homines peccatores eam sustinere possent, Namque non resurgent impij in iudicio. Ps. 1, 5.  
Et nemo potuit suis humanis viribus se redimere ex morte & inferno; sed velut ovis inermis cogitur ferre perpetuos cruciatus: prout Ps. 48, 8. legitur; Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos, Nemo dabit Deo placationem suam, & precium Redemptionis anime suae.

Propost. 4.  
Solutio.

Ratio 1.

Verum misertus est Deus humani generis, ut id aeternae damnationi per Mediatorem eriperetur.

Etenim ut Job: 33, 24. scriptum est: miseretur Deus peccatoris poenitentis, & inquit: Inveni in quo propitius, ut non descendat in corruptionem.  
Et hoc est, quod Gen. 3, 15. legitur: Semen mulieris conteret caput serpentis,  
Et ut I. Job. 4, 10. loquitur Apostolus: In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum; sed quoniam ipse prior nos dilexit, & misit filium suum Propitiatorem pro peccatis nostris.

Arg. 2. 1.  
Redempt.

Et sic Restitutor & Redemptor humani generis est Dei Filius, Dominus noster JESUS CHRISTUS.

Est e.

Est enim Christus Filius Dei aeternus, in temporis plenitudine propter salutem nostram Homo factus, adedque in duabus naturis Divina & Humana perfectus Deus & perfectus Homo existens, Persona & Salvator unus: Verus & aeternus Deus, ab aeterno a Patre genitus: & in temporis plenitudine verus Homo e laudatissima virgine Matre Maria natus.

Ratio 1. 2.  
dispositione

Hoc est quod fatemur & confitemur in secundo Articulo fidei, quando profitemur & dicimus: Credo quod Jesus Christus verus Deus a Patre ante secula genitus, idemque verus Homo, natus ex Maria virgine, sic meus Dominus, qui me perditum & damnatum hominem redemit, & ab omnibus peccatis, a morte & potestate Satanae liberavit: non quidem aureo & argenteo, sed suo sancto ac pretioso Sanguine, suaque immerita passione & morte.

Et I. Tim. 2. 5. legitur: Verus est Deus, unus Mediator Dei & hominum, Homo Christus Jesus, qui dedit Redemptionem semetipsum pro omnibus.

Et sane oportuit Mediatorem nostrum esse Deum & Hominem.

Digestio.  
Tupio.

Quippe oportuit Mediatorem nostrum esse Deum, ut esset aequi seu pretii aequivalens pro nostris peccatis.

Ratio 1.  
membr.

Siquidem sola creatura non poterat sustinere iram Dei & poenam, nec vincere mortem & restituere vitam & iustitiam aeternam.

Ac frater non redimet fratrem, sed laborabit in aeternum. Ps: 48, 8.

Hinc oportuit Redemptorem & Salvatorem nostrum verum esse Hominem, sicut dicitur in Actibus 17.

Trans. 2.  
membr.

Etenim genus humanum peccaverat, & ordi ju-

Ratio 2.

B  
Ritig

Justitia Divina postulabat, ut Homo poenā persolveret.

Hinc ait Deus Ezech: 34, 5. Dispersa sunt mea oves: suscitabo ergo super eas Pastorem unum, qui pascet eas.

Hunc Pastorem Propheta vocat Servum Justum, quando inquit, cap. 33, 11. Hic Servus meus Justus justificabit multos, & iniquitates eorum portabit: quod, prout exstat Es: 49, 6. sit salus mea usq; ad extremum terræ.

*Hypothese.* Et certè, Mediator noster Jesus Christus, est verus Deus, & verus Homo.

*Ratio. 1.* Est enim Christus ex Patribus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in seculum, Rom: 9, 5.

Et Gentium ille Doctor Paulus inquit: Magnum est Pietatis Mysterium; Deus est manifestatus in carne. 1. Tim. 3, 16.

Et hoc est, quod Es: 7, 14. scriptum exstat: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus: IMMANVEL, quod est Deus nobiscum.

*2. Digressio.* Et ne quid dubitemus; Officium Mediatoris nostri in Sacris triplex describitur: Prophetiçum nimirum, Regium & Sacerdotale.

*Expositio 1. membri.* Est enim Officium Christi Prophetiçum, quo de voluntate Patris cœlestis, & de viâ ad salutem æternam nos erudit.

*Ratio.* Sic enim inquit Deus ad Moſen, Deut: 18, 18. Prophetam suscitabo illis de medio fratrum suorum, similem tui; & ponam verba mea in ore ejus, loqueturq; ad eos omnia, quæ præcèperò illi.

*Expositio 2. membri.* Est Officium Christi Regium, quo nos, cives suos, Verbi ministerio usq; ad mundi finē colligit. Nosq; præcla-

præclatis donis ornatos, contra hostes (in quorum medio dominatur) fortiter defendit, ac tandem æternâ gloriâ ac honore coronat.

Confirmat hoc ipsum Dei elogium, dum inquit, *Ratio.* Ps: 2, 6. Ego constitui Regem meum super Sion montem meum sanctum.

Est Officium Christi Sacerdotale, quo semetipsum pro totius mundi peccatis, perfectam hostiam semel obtulit; & parta beneficia credentibus per Fidem & Sacramenta applicat; pro iisdem apud Patrem perpetuò intercedens.

Ipse namq; non per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium Sanguinem introivit semel in Sanctum Sanctorum æternâ Redemptione inventâ. Heb: 9, 12.

Jesus autem nos curat in Ecclesiâ, quæ est Officium Spiritus Sancti. *Arg. 1. ad officiu.*

Et enim, uti Patrum Antiquitas pulchrè loquitur; extra Ecclesiam, non est salus. *Ratio. 1. membri.*

Et Spiritus Sanctus est Tertiâ Persona Trinitatis, à Patre & Filio non factus, nec genitus, nec creatus: sed ab utroq; procedens; & mittitur in corda creditium, ut lucem rectè agnoscentem Deum in eis accedat; & veros môtus, amorem, vitam & lætitiâ acquiescentem in Deo, & omnium virium conformitatem cum ipso Deo, instauret. *Ratio 2. membri.*

Pulerè hinc Lutherus; Credo, inquit; me propriis rationis meæ viribus, Jesu Christo Domino meo fidere, aut ad eum accedere nullo modo posse: sed Spiritus Sanctus per Euângelium me vocavit, suis donis illuminavit, rectâ fide sanctificavit & conservavit: quemadmodum solet totam Ecclesiam in terrâ vocare, con-

re, congregare, illuminare, sanctificare, & in Jesu Christo per veram & unicam fidem conservare.

*g. & definit.* Hinc Ecclesia dicitur cœtus audientium Verbum Dei, & utentium Sacramentis à Christo institutis, in quo omnes non resistentes Spiritui Sancto regenerantur, & unico capiti Christo inseruntur per prædicationem Verbi & Sacramentorum usum.

*4. Expoliti.*  
*1. (a)* Et Christus dicitur Caput Ecclesie: Quod attestatur Apostolus quando scribit Eph. 2, 22. Deus Christum dedit super omnia ipsi Ecclesie, quæ est corpus Christi.

*(b)* Et inquit idem Apostolus ad Colos. 1, 18. Christus est caput corporis Ecclesie,

*2.* Membra autem Ecclesie, sunt tam Doctores, quam Auditores, prout scribit Apostolus 1. Cor. 12, 28. Vos estis corpus Christi, & membra de membris, & quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primùm Apostolos, secundùm Prophetas, tertio Doctores, deinde Virtutes.

*Act. 4. d. medio salis.*  
*Propositi.* Hanc Ecclesiam offert nobis Deus Medium in Verbo suo, ut est Lex & Evangelium.

*Ratio 1. membri.* Lex enim manifestat morbum, dum per Legem est agnitio peccati. Rom. 3, 20.

*Ratio 2. membri.* Evangelium verò, monstrat Mediatorem Jesum Christum.

*Ratio 3. omni. (a)* Siquidem per Evangelium est abolitio peccati, prout legimus ad Rom. 1, 16.

*(b)* Et Christus venit non solvere, sed implere Legem. Matth. 5, 17.

*(c)* Christus est perfectio Legis ad justitiam omni credenti. Rom. 10, 4.

*(d)* Et Christus est Via, Veritas & Vita, & nemo

ve nit

venit ad Patrem nisi per ipsum. Joh. 14, 6.

Potissimus autem Legis & Evangelij effectus est *Propositi. 6.* poenitentia.

Sic Baptista inquit: Poenitentiam agite, appropinquavit enim regnum cœlorum. Matth. 3, 2. *Ratio*

Et est Poenitentia hominis peccatoris ad Deum salutaris conversio, quæ agnitis peccatis ac dolens, fidenter in Christum concipit, & fructus afferi dignis, qui respauerunt. *Expoliti.*

Posera sanè, in d. pulcherrima poenitentia descriptio. *Latis.*

Proponuntur enim in eadem poenitentia partes: Contritio nimium, quæ est ex Legge; & Fides, quæ est ex Evangelio. *Ratio. (a)*

Et vera Fides, nunquam est otiosa aut sterilis: sed quemadmodum bona arbor, ita afferit bonos fructus, scilicet Novam Obedientiam in homine converso. *(b)*

Quid enim aliud est Nova Obedientia, quam prælucente fide in Christum, obedire Deo juxta omnia ipsius mandata hoc fine, ut Deus honore afficiatur & celebretur. *Ratio ratio omni.*

Et ne unquam deficeremus, Christus instituit Sacramenta, velut invisibilis gratiæ visibilia signa. *Propositi. 7.*

Est enim Sacramentum Actio Divinitus instituta, in qua Deus per certum, institutionis Verbo ordinatum Elementum, seu signum visibile, cœlestia sua dona in Ecclesia dispensat, & promissionem gratiæ suæ de remissione peccatorum, omnibus, qui Sacramento fide utuntur, applicat, confirmat & obligat. *Expoliti. (a) in generis.*

Sit Baptismus est Sacramentum N. T. institutum Divinitus: in quo Deus hominem peccatorem, in Nominis Patris, Filij & Spiritus Sancti aqua baptizatum *(b) in Spici.*

B 2

rege-

*Vir. 5. de* **¶** Tandem confertur vitam eternam.

*eterna vita*  
*conditio.*  
*Propos. 1.*  
**¶** Er sane oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae preparavit Deus his, qui diligunt eum, fatente Apostolo 1. Cor. 2, 9.

**¶** Est Vita aeterna, ineffabilis beatitudo, qua Fideles, receptis gloriosis spiritualibus corporibus, omnia a peccato & corporis infirmitate liberati, in ipso Deo, cum Sanctis Angelis & Beatis omnibus maxima & syncretissima societate, sine fine, & perturbatione in aeternum perfruuntur.

*Peroratio.*  
*Propos. 1.*  
**¶** Sic A. O. cognovistis, quod Deus non delectatur in perditione virorum, Sap. 1, 12. sed quod ita dilexerit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. Job, 3, 6.

*Amplificat.*  
**¶** Impij vero & impenitentes, cum sine ictu in aeternos cruciatus; Matt. 25, 41. convertatur unusquisque a via sua mala, & ab iniquitate, quae est in manibus; & videns Deus opera nostra, quia conversi sumus de via mala, miserebitur super malitiam, quam locutus fuerat, ut faceret nobis, & non faciet. Jon. 3, 10.

*De Kaum*  
*Historie. (a)*  
**¶** Hinc ex vero cordis gemitu proclamem, & cum

**¶** Convertete me, Domine, & convertar. Jer. 31, 18.  
**¶** O Domine, operare in nobis & velle & perficere, pro bona voluntate tua? Phil. 2, 13. DIXI.

*Deceptione & Ornatisimo*

*Dn. PERORANTI.*

**CHRISTOPHORUS CUNIUS:**

*Per Anag.*

**HUC PIUS; CHRISTUS HONOR;**

**HUC PIUS** appropere, se **CHRISTO** iungat **IESU:**

**CHRISTUS** noster **HONOR;** *Delictosus HONOR.*

*In felix omen app.*

**LAURENTIUS IRENIUS, IH. & I. U. D. ac Prof. flor.**

